 graue. passibile. mortale. sed pulcrū. decor. formosum. instar solis lu-  
 cidū. immortale. impassibile. agile. subtile. spūale. ⁊ aīe opationibz  
 maxime cōforme. Preterea cū aīa amet oēs creaturas in q̄tm̄ deū sunt  
 vt de suo amore amplius gaudet. ideo totus mūdus debet in meli-  
 us renouari ⁊ veste induere iocūditatis ⁊ p̄petue pulcritudinis. Nā  
 sicut totus hō in aīa ⁊ corpe ad sublimiore ⁊ nobilioz statū refoz-  
 matur. ita ⁊ totus mūdus q̄ p̄pter hoīem factus est quasi de regis  
 sui. hoc est hoīs felicitate congratulās. nouis incorruptōis vestibz  
 induetur. **Domini⁹.** Merito id qd̄. Sicut em̄ oīa p̄fluūt ex  
 amore. amor aut̄ generat de se gaudiū q̄ est fructus eius. ita ex cōse-  
 quētia sunt in gaudio oīa scōz disponunt̄ vt ex ipsis sequat̄ gaudiū  
 maximū qd̄ ē fructus oīm. Sed qd̄ tibi nūc subito cōtingit rogo qz  
 facies tua tristibus rugis obscurat̄. Acerbum nescio quid nunc lo-  
 quuturus es.

De gaudio ex  
 salute primi.

Gaudiū de re-  
 patione corporis

Gaudiū de mū-  
 di in melius re-  
 formatōe.

## Dyalogus Tertius

### De fructu qui nascitur ex amo

re pprio. ⁊ pperatibo ei⁹. hic fructus acerbissim⁹ ē. ¶ Capitulu. xxviij  
**R**aymūdus Uez dicit. nā de fructu amarissimo q̄ de amore sui  
nascit dicitur acerbitate ei⁹ solo odoratu p̄senties. olfactus  
mibi ois ⁊ gustus amaricat⁹ ē. credo ⁊ te quoq; eadē passur⁹. Amoz  
sui etiā de se gaudiū generat. q̄ em̄ id fuerit adeptus qd̄ amabat. aut  
certissime se adeptur⁹ sperat. nōce est vt gaudeat. Cū em̄ q̄s amat suā  
excellentiā. suā laudē. suā corpis voluptatē. amat quoq; oia externa  
bona q̄ vota sua pmouēt ⁊ pficiūt. Et q; hec oia adipisci p̄nt. ideo  
p̄t in hac vita hō gaudere. gestire. tripudiare. Uez q; hec oia amitti  
p̄nt. ⁊ trui. ⁊ derelinqui. ⁊ hō id odit qd̄ p̄t hec sua bona destruere. ideo  
ex tali gaudio nascit amara tristitia. anxietas. inuidētia. sollicitudo  
supuacua. ¶ **Dñicus.** Hinc intelligo tale gaudiū miser esse. supfluū  
caducū. fallium. sophisticū. qd̄ intus abscondit inexplabile calamita/  
tē ⁊ cladem. ¶ **Raymūdus.** Melius istud intelliges dū hui⁹ gau/  
diū p̄perates clar⁹ introspereris. **Prima** hui⁹ gaudiū cōditio ē q; sic  
ita ē ⁊ gaudiū qd̄ ex ipso generat. It̄ sicut amor sui est oim̄ pessim⁹  
nequissimus. malignissimus. p̄ma mors. p̄ma cecitas. p̄ma calamita/  
tas. ⁊ oim̄ maloz mēdaciōnūq; fontalis origo. ita est ⁊ gaudiū q; ex  
emergeit ab ipso. **Præterea** sicut amor sui est e directo p̄tra deū. ⁊ in de  
um acriter rebellis. auferēs q̄tū in se est deo suā coronā ⁊ gloriā. ita  
et istud gaudiū inimicat deo fitq; hō multo amplius p̄trarius deo  
turpiter p̄tra eū gestiēdo q̄ nequiter amādo. **Hoc** em̄ gaudiū con  
temptū gignit ⁊ iniuriā oim̄ maximā. **Nihil** tā improbū tā puer/  
sum q̄ letari hōiem cū male fecerit ⁊ exultare in rebo pessimis. **San**  
de em̄ malū amare aliqd̄ p̄tra deū. sed lōge granissimū letari. exultare  
gestire. cōplacere. **Hoc** em̄ venenū mortifer⁹ est ⁊ insanabile ⁊ eterne  
damnatōi primū. ¶ **Dñicus.** fetorē acerbitatēq; hui⁹ pessimi fruce⁹  
etiā nūc ip̄e p̄cipio. vnder nares atq; ora ocius obfirmo. ¶ **Raymū**  
**dus.** Expecta queso parūp ⁊ multo amarioza cognosces. **Sz** vt p̄fe  
ctius id fiat duo hec gaudia. s. qd̄ ē de amore dei. ⁊ qd̄ nascit de amo  
re sui p̄tra se collocem⁹. vt magis cognitū elucescat. **Primū** gaudiū  
orif de iusticia. de veritate. de bonitate. de eternitate. de pulcroz oim̄ ra  
dice. s. s̄cōm gaudiū nascit de iniusticia. de falsitate. de vanitate. ⁊ de  
maloz oim̄ scaturigine. **Primū** gaudiū orif de deo ⁊ ē fin̄ dei. alterū  
orif ex dyabolo ⁊ ē p̄tra deū. **Primum** cōsolidat. reficit. faciat. vnit  
hōiem cū deo. augetq; ⁊ multiplicat amicitia dei. s̄cōm diuidit. elon  
gat a deo. ⁊ hōiem dei inimicū p̄stituit. **Primū** ē fin̄ hōis naturā ⁊  
fin̄ ordinē vniuersi. s. s̄cōm alter⁹ ē cōtra hōis naturā ⁊ p̄tra ordinē vni/

De pprietati/  
b⁹ gaudiū mali

Comparatio seu  
dīa duoz gau/  
diōz ad inuicē

# Capitulum XXVIII

neri Primū p̄habeti de amore dei gratis sine labore. sine expēsis. s̄  
 ne alioz admuniculis. sed sc̄dm nō habet nisi cū labore. cū anxietate.  
 cū merore. cū odio. cū alioz damno ⁊ multis rez tēporaliū expēsis.  
 Primū facit hoīem benignū. māsuētū. modestū. suauē. mitē ⁊ humi  
 lē. sc̄dm dō immisericordē immitē crudelē turgidū inflatū sup̄bum  
 Primū gaudiū auget. p̄seruat. multiplicat unitatē pacē cōcordiam  
 amicitia inter hoīes. sc̄dm multiplicat offēnsiōes inimicitias sectas  
 discordias rixas iter hoīes ⁊ oē malū Primū gaudiū ē vitale. salu  
 tifer. desiderabile. glōsum. honestū. sc̄dm mortifer. ē. ignominiosus  
 asprabile. ingloriū. inhonestū Et breuiter vt oīa in summa referant  
 p̄mū gaudiū auget amorē oīs boni. ⁊ illuminat leuificatq; intellectū  
 sc̄dm lentina ē oīm maloz ⁊ oīm vicioz nequissimū desiderū aīm  
 hoīs tenebrosa caligine vehemētē obscurās. **Ad** Dñic⁹ Utinā totus  
 terrarum orbis exaudiret has voces tuas. credo desineret nequiter se  
 amare. se vanis sp̄bz ⁊ gaudijs attollere. solū creatorē in reliquū  
 amātes. in ip̄o solo sperātes. gaudētes. exultantes.

## De finali fructu qui nascitur

post hāc vitā de amore sui. sc̄dm tristitia **Capitulum xxviii**  
**R**aymūdus Operēciū erit nūc aduertere quem fructū pariat  
 amor sui post hāc vitā Sicut sup̄ patuit. amor dei gignit post  
 hāc vitā eternū ⁊ infinitū gaudiū. ita amor sui q̄ dei amori p̄trarius  
 est gignit post mortē eternā infinitaq; tristitiā. Carētia em̄ immensū  
 gaudiū immēsz mēstitudinē coarguit ⁊ oīs mali p̄sentia Duobus  
 em̄ modis p̄tingit aliquē vehemētē tritari Primo qñ ea re carere  
 p̄pellit q̄ maxie delectat ⁊ q̄ sibi ē plurimū necaria Secdo qñ id sp̄ co  
 git possidere qd̄ summe odit ⁊ asp̄nat ⁊ qd̄ sine nature vehemētissime  
 p̄trariat. Et tūc excedit oēm mēsurā miserie qñ h̄ malū qd̄ hō cogit  
 retinere siue ē insitū volūtati. **T**ūc pauca de p̄mo. Post hāc vitā aīa  
 nihil habebit eoz q̄ hic viciose dilexit. nō laudē. nō gloriā. nō volū  
 ptatē. nō aux. nō argētū. nō famā. nō sciētiā Et qz aīa erit exuta car  
 ne tenebrosa. iō clarissime seipam cogitabit. se sentiet. se cognoscet. ⁊  
 intelliget ad qd̄ creata fuerat. ⁊ q̄tū erat bonū habitura qd̄z pdidit  
 et q̄re pdidit Cognoscetq; q̄ ip̄a suo vicio infinitū bonū pdidit qd̄  
 in eternū recipere nō poterit Et licz immēso desiderio est ⁊ h̄ bonū  
 accipere cū illo carere neq̄at intelliget tñ se id nūq; accipere posse. ⁊ iō  
 supra qz credi potest dolebit anxietate. contristabit. **Ad** dominicus.  
 Reuera incompatibilis miseria. ⁊ tristitia inestimabilis summo bo  
 no vehemētē egere. illud votis omnibz exposcere. desiderare. nec ta  
 men aliquādo acquirere posse. **Ad** Raymūdus. Secunda tristitia  
 est quādo anima id sp̄ cogitur retinere quod omnū maxime odit

Duplex tri  
sticia.

De prima tri  
sticia

Secda tristitia

E 4.

## Dialogus Tercius

atq; aspnatur. Post hanc vitā (vt dixi) aia plenissime se cognoscet. 7 ideo videbit se suāq; volūtate deo inimicā. tortuosam sibi pī cōtra-  
riā. inordinatissimā. turpissimā. puerissimā. **Dec** itaq; in se s'pides  
rās se vehemēter odibit. aspnabit. 7 execrabit. **Hunc** em̄ maloz iū  
ozū fetore turpissimū cōtinuū geret in narib; suis nec a se poterit ex  
pellere in eternū. **In** tantū em̄ seipam 7 suā deformitatē odio habebit  
vt cupiat penitus nō esse. nō natā fuisse. deū vindicē funditus inter-  
ire. angelos oēs 7 brōs secū in tartara demergi. 7 oēm creaturā in ni-  
hilū redigi. **Uez** q; hec fieri nō poterūt. ideo intollerabili merore p/  
fusa amarissima cōfusione tabescet frēdēs indignās 7 blasphemans.  
**¶ Dominicus.** Merito hec illi misere ptingūt. vt q; pūis amant se  
ipsam 7 oīa alia ppter se. ita postea incipiat p̄mū odisse seipam. vt  
deinceps oīa alia odio habeat ppter se. **U**t sicut p̄s nō gaudebat ni-  
si de se 7 ppter se ita postmodū nō tristet nisi de se 7 ppter se. **E**t sicut  
p̄s oīa sibi ppter se placuerunt. ita oīa postmodū sibi ppter se di-  
splicēat. **E**t que aū se fecerat vt deū. se p̄mū amādo. sibi 7 honorem 7  
gloriā tribuēdo. ita tandem sit sub se vilissime deiecta. contēptibilis  
ignominiosa. ingloria. **S** ne te impediā qd cepisti psequere. **¶ Ra-**  
ymūdu. Anima hinc trāsiens ad infernū secū defert similitudines  
7 imagines opoz suoz. que q; fuerūt p̄tra deū. p̄tra iusticiā. p̄tra ve-  
ritatē. atq; ideo erāt deformia. sordida. falsa. abhominata. **Cū** igitur  
hec op̄a sibi p̄tinuo ante oculos suos habeat 7 p̄p̄uo habeat. ideo  
erit in p̄tinua p̄p̄tūaq; mesticia. 7 oīs ei⁹ recordatio. oīs visio. oīs  
suū nolle 7 suū velle. 7 quicqd in ip̄a est erit illi summe acerbū. sum-  
me amara. infinite cā mesticie 7 angustie. **¶ Dominicus.** Hinc mani-  
feste colligimus q; aia humana hic viuēs p̄tra deū 7 male operans  
thezaurizat sibi irā in die ire 7 aggregat sibi eternā miserā. angustia  
tristitia 7 condit cōstituitq; sibi p̄p̄tū suā penā. suā ghennā. suā flāmā.  
**¶ Raymūdu.** Optime colligis. vtz vt hui⁹ meroris ac mestitadi-  
nis possis efficacī⁹ magnitudinē agnoscere duo tibi exēpla subijciā.  
Primū ē oīs hō q̄rūlibet mal⁹ adhorret oēm turpitudinē in rebo  
suis. 7 q̄to res illa sibi fuerit p̄p̄inq;oz tāto magis odit illic in eē tur-  
pitudinē. **O**dit em̄ turpitudinē sue dom⁹. sue coniugis. sue sobolis. ma-  
xime autē sui corpis. **I**ta 7 aia post hāc vitā. suā turpitudinē aspici-  
ens vehemēter aspnabit. nec vlla rōne poterit sustinere. **V**idebit em̄  
tanq; in libro oīa sua mala cōscripta q; p̄tra iusticiā gessit 7 pietatē. 7  
ei sine termino displicebūt. **Nō** tñ id q; deū offenderit. s; q; de sua na-  
tura deformia s; 7 oī odio dignissima. **S**cōm exēplū. aia sentit cor-  
pis dolores. passiōes. ifirmitates. 7 de his plurimū cōstristat. q̄ mltro  
āpl⁹ in iferno suā ip̄i⁹ sentiet ifirmitatē. suā feditatē. corruptōez. p̄sū-  
tatē. malignitatē. 7 impietatē. 7 in mēlo merore atq; p̄urbatiōe p̄culla

Nota exēpla

Aliud exēplū.

## Capitulum XXIX

callos erūper in gemit<sup>9</sup> z suas clades q̄rulabit. **Dñic<sup>9</sup>** D oīm infel-  
cissimā aiām q̄ ppter momentaneū nescio qd̄ gaudij in tā immēsas  
mēlitudines eligit: destinari

**D**eus creator. et ipse oēs crea-  
turę corp<sup>9</sup> q̄z ipm aiām miserā psequēf. ¶ **Caplin. xxix.**

**R**aymūdus. Nō solū qdē aiām pdēnatā sue nequicie pleque-  
tur. s; etiā a creatore z a creaturis z ab ipis sui corpis mēbris  
dolores maximos sustinebit. **Primo** a creatore. **Nā** ex q̄ ipa supba  
deū respexit. z seipam vt deū amavit. coluit. z exaltauit. seq; p deo ab  
alijs amari z honorari voluit. **Deinde** qz se inimicā deī capitalē suā  
illī gloriā auferendo pstituit. **Tercio** qz in suo honore z voluptate  
maxime gausa sit. **Quarto** qz innumeris deī beneficijs ingrata exti-  
tit. z ipis in vsa bñificijs auctore tantoz munerz ptempfit. **Quinto**.  
qz deū oīm benignissimū. dulcissimū. optimū. a sua mente neq̄ter ex-  
clisit. z ipm deorsum depmans se sup illū crexit. **Sexto** qz suā volun-  
tate stauens deī creatoris voluntatē reiecit. **Septimo** qz creatoris  
sui imaginē nobilissimā z pulcherrimā tā fedis z nequissimis macu-  
lis denigravit. **Octauo** qz infinitā offensam z ingratitude infinito  
pcepto deo incurere nō primuit. **Quia** igit̄ tra deū tanta mala cō-  
milit. idcirco infinita tormenta pmeruit. z totiens hec ipa tormēta  
cumulauit z auxit. q̄ciens auxit offensam atq; iniuriā. **Si** em̄ q̄ cri-  
minis lese maiestatis reus est capite truncat. q̄ supplicia q̄ tormēta  
aie debent q̄ summā maiestātē z immēsam deī potentā pcepit z re-  
pult. **Meruit** igit̄ irā deī vindictā qz ppetuā. **De** igit̄ cū sit oipotēs  
poterit. z cū sit sapiēs sciet. z cū sit iustus volet aie pceptrici z inimi-  
ce sue penā p reatu infligere sempiternā. **Dñicus.** **Vinc** dare patz  
qz pter tristitiā ppetuā quā sibi fecit suā amādo voluntatē. h; etiam  
aliā tristitie miserā p iusticiā deī sibi inflictā quā pmeruit deū ptem-  
nendo z rebellando. **S; dic** mibi obsecro qualē p pceptu suo deus  
penā aie peccatrici irrogabit. **Raymūdus.** **Penā** inferni penā ig-  
nis ppetui. **Quia** em̄ oīm rerū creatore pcepit. iō sub oī creatura p-  
ijciēf in locū infimū z a celo remotissimū in medio tere in loco tene-  
broso. horrido. p̄fundo. infernali z acerbissimo. **Illic** in suū pceptū  
oīm rerū corpaliū feces descendēt in q̄bo ipa imergēf z ab ipis vilissi-  
mis fecib; patiet. **Et** qz iustū ē qz oīs delectatio p tristitiā dñi puniat̄.  
**Et** qz inter oēs creaturas ignis ē maxime afflictiv<sup>9</sup>. iō ipa maligna  
delectatio corpaliū flāmīs q̄ sp ardeant z in eternū nō possint nec ex-  
tingui nec minui sp torquebit̄. **Hinc** igni ardentissimo aia inseparabili  
vnione colligabit̄ q̄ eā sp adurat. nec cōsumat aliqñ. **Dñic<sup>9</sup>**. **Quō**  
p̄t aia cū sit spūalis nature ab igne corporeo tormētari. quō p̄ agere

## Dialogus Tertius

id qd corporeū ē in aiām spūalem. **Raymūdus.** Nōne aque ba-  
pūmatis opant in aiā. agere inuisibili s̄bo dū corp<sup>o</sup> tūgūt z cor ab-  
lunt. **D.** si aliū liquorē. puta vinū aut oleū adhibueris nihil tale  
p̄tinget. **Sicut** igit aqua mediante s̄bo aiām purificat. ita opante  
deo ignis gehennelā in cruciat z p̄stricat. **Et merito** id qdē. nā si  
cut ipsa cū sit spūalis nature potuit z voluit in rebz corp<sup>o</sup>alibz dele-  
ctari. ita etiā poterit (licet nolit) in ipis p̄ iusticiā puniri atqz affligi.

**Quō aiāz p̄se** **Dñicus.** Capio qd tu dicis. **Raymūdus.** Dares q̄ quō aiām im-  
quunt ipse res create. **ptā** deus creator p̄sequit. **Audi** nūc scdo quō eā p̄sequunt z creature  
**Quia** em̄ amādo suā voluntatē z suā laudē deū opificē neq̄ter con-  
tēp̄sit id etiā p̄cep̄it oēs creaturas z se illis inimicā p̄stituit. z maxi-  
mā illis iniuriā intulit q̄ eas supra creatorē amauerit. z ipis in despe-  
ctū dei turpiter abusa sit. **Idcirco** armabit oīs creatura ad vlciscēdū  
et pugnabit p̄ deo orbis terraz p̄tra aiām inf̄nsatā. **Nulla** q̄ crea-  
tura aliqd̄ recipiet aut solacij aut auxiliij. s̄ sicut an̄ in oibz ē delectata  
ita nūc in oibz sit afflicta. imo etiā maxime a semetip̄a. **Erit** em̄ sibi  
amara. molesta. odiosa. q̄ pus tū se amauerat. tū extulerat. **Dñi-**  
**cus.** O oīm miserimā. cui z creator z creatura ois z ipa sibi p̄si mo-

**Patet** aiām a  
suo corp<sup>o</sup> qd̄ re-  
cipiet  
lestiā inferent mestitudinē z angore. **Sz** nūquid z suū corp<sup>o</sup> ipa re-  
cipiet ad tormentū. **Raymūdus.** Immo nō recipiet. z ad maxi-  
mū tormentū. **hoc** ē terciū qd̄ aiām p̄sequet. **Nolet** em̄ corp<sup>o</sup> in q̄  
se sp̄ nouit asurā recipe. s̄ qz hic egit p̄tra voluntatē sui p̄ditoris-  
iō illic z p̄ditor ager penitē p̄tra voluntatē sue p̄cepticis. z restituet  
ei suū corp<sup>o</sup> in q̄ z cū q̄ deū despexit z sibi p̄i cōplacuit. **Sz** q̄le putas  
corpus recipiet. **Certe** oīno tale q̄le ipa maxime nolit. **Accipiet** er-  
go corpus caducū. fragile. passibile. s̄ vt p̄strictē magis iō erit imor-  
tale. **Erit** qz obscū. obscenū. tenebrosū. tardū. graue. spissū. hor-  
ridū. reformissimū. **Si** summā eoz q̄ in hac disputatōe differni me-

**Nota** duas ci-  
uitates p̄rias  
tates q̄ vtriqz amorī m̄deant. z vtriqz p̄ueniant amatori. **Dñicus**  
**Has** qdē ciuitates licet aliquantulū viderim. cupio tū eas mihi ap-  
tius ostēdi. **Raymūdus.** Duo p̄mi amores. amor sez dei. z amor  
sui cū sint inter se plurimū p̄trarij. **Duas** inter se p̄trarias gētes insti-  
tuūt. q̄ qz capitales ad inuicē sunt inimici. iō necē ē duas eē p̄trari-  
as ciuitates longissime a se distātes. q̄ in eternū has gentes ab inui-  
cem separēt z secludant. **Oēs** em̄ hoīes q̄ seipos amant (qz vni<sup>o</sup> na-  
ture sunt) in vnā haz claudēt ciuitatuz. q̄ s̄o deū amant leuabunt  
in alterā. **Amātes** seipos tanqz dei hostes remotissime a deo p̄uicent  
amatores autē dei cū ipō p̄p̄inquisimelocabunt. **Illi** in infimo p̄ci-  
pitati in inferno iacebūt. illi supra oēs celos sublati in altissimis cō-  
regnabūt. **Illi** subrer oēm creaturā p̄iecti delitescēt. illi supra omnes

## Capitulū XXX

creaturā erecti alacres subsilient. Illi sicut habuerūt amorē strictissimū. ita z aruissimū habebūt locū. isti qz habuerūt āplissimū amorēz ita z latissimā celoꝝ regna possidebūt. Illi qz habuerūt amorē terre strē z grauē (nihil em̄ ē amore pprio ponderosius) iō ad ima tartara de cēdent. isti qz habuerūt amorē dei q̄ leuis ē z facilis. iō ad altissimā loca ascēdēt. vt sint leuia sursum z ponderosa deorsum. **Diuisio** facile nūc has duas ciuitates intueor. qz vna sit gaudij. altera metus. vna dilectōis. altera odij z rancoris. **Una** vite ppetue. altera mortis sempiternē. **Una** in qua recipiant amici. altera in q̄ p̄cipit̄ tur inimici. **Una** bonoꝝ hoīm. altera maloꝝ. **Una** palaciū regnantū. altera carcer p̄uicatoꝝ. **Una** in q̄ superfluit omne bonū. altera in qua redundat omne malum

### Sicut hō obligat ad amorē ita

etiā ad odiū. z de odij pprietatibz.

¶ Caplin. xxx.

**R**hymūdius **Esset** qdē nūc merito hui⁹ dyalogi finis nisi congruū eēt vt sicut de amore ita z de odio etiam pauca dicam⁹.

**Uno** em̄ posito alterz clar⁹ eluceſcet. **Nam** sicut volūtās humana amorē hz. ita hz z odiū. Amor tñ p̄mū obtinet locū. odiū hō scdm.

**¶** si volueris hui⁹ odij p̄tutes z pprietates agnoscere. ex amoris pprietatibz eas facile reprehēdes **Quar** p̄ma ē. sicut hō obligat ad amādū deū ex toto corde. ex tota aia. z ex tota p̄tute studiosa. fortit̄.

**De pprietatibus odij**

indefinitē. ita hō obligat de iure nature ad odiendū quicqd̄ ē p̄tra diuinū honorē ex toto corde. mente z p̄tute. **Seda** p̄ditio. sicut hō tenet amare oēm creaturā in q̄tū dei factura ē. ita nullā p̄t̄ odisse. s̄z

sicut p̄mo amat oīm rez factorē. ita scdo oēs debet amare facturas. **Tercia** p̄petas. sic hō tenet p̄mo amare deū. ita d̄z p̄o odisse q̄cqd̄ ē p̄ deū **Debet** q̄ odisse p̄ncipalr̄ ppriā volūtate. ppriū amorē. honorē.

glia. laudē. z voluptatē. **Quarta** p̄ditio. sicut hō tenet p̄mo amare deū z oia q̄ dei sunt. ita tenet abhominari ppriā volūtate z oia q̄ eā ppinq̄s comitat̄. auariciā. inuidiā. irā. accidiā luxuriā. ex q̄bz oē maloꝝ germē emergit **Nā** sicut ex vno amore multi amores. ita ex vno odio multa odia generant̄. **Quita**. sicut ex ppria volūtate nascit̄ eē t̄p̄p̄. dei offensa. dei quis iūna. iō tenet odisse tota p̄tute dei offensas z dei iūriā **Sexta**. sicut hō obligat imediate p̄ deū amare suā imaginē vniā. ita z d̄z odisse oē id qd̄ p̄t̄ hāc imaginē deformare denigrare destruere. q̄lia s̄z vicia. p̄ctā. delicta **Ex** isto seq̄t̄ q̄ sic hō tenet diligere oēs aliū hoies sic seipz. ita oē malū alteri⁹ z incomodū d̄z ererari sic suū **Septia** ē. q̄ sic amor vnit amantē cū amato ita odiū diuidit odiētē a re quā hz odio **Et** sic ois vnitio vl̄ p̄iūc̄ fit p̄ amorē ita p̄ odiū fit ois sepa⁹ atqz diui⁹ **Octa**. sic amor iduit amantē re ama



## Dialogus Tertius

ta et in se transformatur. ita odium expoliatur voluntate a forma rei ex se et longius a se pietat. **Nona.** sicut amor non potest cogi nec violenter nec restringi. sed potest libere quicquid potest. ita et odium cogi non potest nec coartari. **Decima.** sicut tamen se extendit amor quantum et res primo amata. ita etiam tamen se odium extendit quantum se extendit res principaliter ex se. **Dñicus.** Notandum dignissime hec sunt odij proprietates et intimis visceribus collocande.

### **Q** sunt duo prima odia sicut

duo primi amores. et de odiorum fructibus.

¶ Caplin. cxxi.

**R**aymūdus. Nunc de duobus odiis et odiorum fructibus pauca dicamus. Sicut sunt duo primi amores. amor scilicet dei. et amor sui. ita duo sunt odia prima. odium dei. et odium sui. Et sicut duo isti amores sunt inter se contrarii et capitales inimici. ita hec duo odia maxime contrariantur. Sed amor dei et odium sui optime conveniunt. et sunt homini in salutem. ita et amor sui et odium dei invicem copulantur et sunt homini in perditionem. Et ideo qui recedit ab amore sui necesse est ut perdat in amore dei. et qui recedit ab amore dei pergit periturus in amore sui. Sicut qui recedit ab odio sui vadit miser in odium dei. et qui recedit ab odio dei pergit feliciter ad odium sui. Sed in isto progressu hanc intellige dramam. quam etiam in aqua reperies. Aqua pro se currit ad frigiditatem. sed violenter inducitur ad calorem. Ita voluntas humana pro se vadit ad amorem sui. et illic sine adminiculo commoratur. sed ad amorem dei currere non potest nec illic persistere nisi ad adiutorio prestat. **Dñicus.** Hoc postremum humilitate redolet et instruit ad timorem. Qui enim dei adiutorio destituit in superbiis amoris relapsus. ad dei gratiam nec venire poterit. nec etiam si venerit permanere.

De odiorum fructibus

Sed nunc de odiorum fructibus quod pollicitus es exequere. **Raymūdus.** Odiorum fructus ex amorum fructibus (quos supra logo sermone differui) poteris intueri. Nam sicut amor dei est optimus. ordinatus. iustus. sanctus et sic de ceteris. ita odium dei est diversum est pessimum. inordinatum. iniustum. impium. et sic de aliis conditionibus appositis. Et sicut odium propter voluntatis est bonum. sanctum. meritorium. ita amor sui malus est sacrilegus et peccatissimus. Quia igitur ex bono amore nascitur bonum odium. et ex malo malum. ideo congruenter dicimus illos fructus nasci ex bono odio qui nascuntur ex amore bono. et illos ex malo odio generari qui generantur ex amore perverso. Certe nunc audisti quod te de amore deorum odio scire oporteat. puto non ingratis me tibi hodie disputatorem tenuisse. **Dñicus.** Immo vero gratissimam. nec potest quicquam sanctius salubriusve dici quam quod te hodie dixisse gratulor. **Raymūdus.** Non minus libenter audimus es nec minus utiliter quam post meridiem sumpto praedico loquuntur sum. Uterque ad cibum nos nunc et fames ipsa et coeque invitatur. paululum ab studio animi remocem? **Dñicus.** Licet optimo mentis cibo qui mentem nutrit sagi-

naueris. nec magnope carnalis me mēsa delectet. libēs tamē tecū ad  
prandiū comitabor

¶ Finit tertia? dyalogus quō deū optimū maximū debeat? amare

¶ Incipit quartus. quomodo debemus deum timere. adorare. lau-  
dare. honorare

## Sequuntur alia quedā debita

ultra amorē que hō tenet reddere creatori suo

¶ Caplm. xxxij

**R**aymūdus. Resumptis iam a mēsa paululum viribz di-  
gnissimū duxi tibi nūc demonstrare alia qdā debita pter de-  
bitū amoris. que merito obligat hō suo reddere creatori.  
Tu queso diligēter ausculta. **D**ñicus. Nō necesse habes  
addere calcar equo spē curreti. Tu tūme fatigeris rogo. **R**aymū-  
dus. Cū igit homo sit dignissimū opus maximū creatoris sui. ideo  
quicq; ab illo in se accepit. quicq; etiā p totū obligat restituere et  
refundere in obsequiū artificis sui. **O**pus em̄ seu factura intellectus  
alis qualis est hō ex pte aie tenet nō solū amare factorē suū. sed etiā  
timere. laudare. honorare. glorificare. adorare. supplicare. orare. re-  
precari. credere. cōfidere. magnificare. bñdicere. et p acceptis benefi-  
cijs gratias agere. gaudere. et exultare. **Q**uid em̄ debet creatura aliud  
amare q̄ dñm creatorē suū. **Q**uem aliū debet ipa factura vel timere.  
vel laudare. vel magnificare. vel supplicare. vel adorare. vel deprecari  
q̄ ipm optimū et unicū factorē suū a quo accepit imaginē dei viuā  
intelligentē. amantē. memorantē. **A** quo est hō supra ceteras res no-  
bilius cōditus. feruētius amatus. omnibz ppositus. ad suā amicitia  
vocatatus. et cū illo in eternū regnaturus. **D**ominicus. Reuera is  
tātus opifex. tā munificus. tā summe benignus merito est ab homi-  
ne diligēdus. metuēdus. honorādus. et p immēsis acceptis bñficijs  
ingiter collaudādus. **R**aymūdus. Dñcia pulere ex his ppueta-  
tibz q̄ in se hō accepit p agnoscere q̄s suos cōditor in se habeat ppu-  
erates. et qd illi ingiter teneat offerre. **N**ihil mediū inter deū et hoīem  
iō inter eos ē pportionalis correspōdētia. et ideo ex p ditionibz q̄s  
in se hō inq̄ritū hō p arguere p ditionē q̄s in se retinet. **S**equit̄  
q̄ sicut hō p amare. cognoscere. timere. deprecari. ita de? ē amādus.  
cognoscēdus. timēdus. deprecādus. **D**ō p laudare. bñdicere admirari  
et gr̄as p bñficijs agere. q̄ de? est laudādus bñdicēdus admirādus et  
regatādus. **D**ō p credere sperare pfidere. q̄ de? ē credēdū. in ipō sperā-  
dū et pfidēdū. **D**ō sp̄ q̄rit veritatē. diligit bonitatē. amplectit̄ fide-  
tatē. q̄ de? ē verax et bonus et fidelis. **D**ō p in immēnz pcupiscere. iō  
de? p in infinitū pcupita tribuere. **D**ō p bñfacere et bñficia multa

¶ Nota debitum  
aie humane

¶ Ex ppuetatis  
q̄s in se hō hō p  
agnoscere quid  
suo debeat opti-  
mo creatori.